



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1527.

## De Sabbato.

*Eras. in Ev. Marc. c. 2.* Futurum est, inquiebat Erasmus, ut vere piis quævis dies sit æque sacra. Hujus propositionis censura est sequens:

Hæc propositio, innuens cultum diei Dominicæ & aliorum festorum ab Ecclesia utiliter, & sancte institutorum aliquando in Ecclesia militante abolendum, quod in magnam vergeret perniciem Christianismi, irrationaliter asseritur, conformiter ad errorem Beguardorum, qui dicunt tertium Præceptum Decalogi scilicet: Sabbata sanctifices, jam cessare quantum ad justos.

## De Ecclesia.

*Id. in Marc. c. 3.* Ecclesia Christi, neque surdos, neque mutos, neque cæcos, neque debiles, neque claudos recipit, hujusmodi autem habet Synagoga.

Huic assertioni hæc Facultatis censura est adscripta: Hæc propositio sic indistincte posita, innuere videtur, solos justos esse de Ecclesia militante; de illa enim fit ibi sermo: Hoc autem non consonat Doctrinæ Evangelicæ, quæ comparat Regnum Cælorum, quod est Ecclesia militans, saginæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, & agro Dominico, in quo cum tritico sunt Zizania.

De